



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117816**

§. 3. Epistola S. Leonis ad Dioscorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](#)

Canones fieri, S. Cyrillus ad Episcopos Sæculum V.  
Lybiæ, & Pentapoleos epistolas dedit, A. C. 444.  
eisque præcipit, ut in vitam ordinando-  
rum exæcte inquirant, an cœlibes essent,  
an uxores haberent, & a quo tempore,  
an ab Episcoporum aliquo fuissent exclu-  
si, aut quodam Monasterio pulsi, ut non  
nisi viri liberi, & irreprehensibiles ordi-  
narentur.

§. III.

*Epistola S. Leonis ad Diöscorum.*

Sancto Cyrillo in Sede Alexandrina suc- *Theod. epist.*  
cessit Diöscorus, ejus Archidiaconus, *60. Liberat.*  
de cajus virtutibus præsertim modestia, *c. 10.*  
& humilitate apud omnes ingens erat  
opinio. Uxorem non duxerat; in ipso  
Episcopatus exordio populi Alexandrini  
amorem eo sibi conciliavit, quod Pisto-  
ribus, & Cauponibus mutuas pecunias  
sine usura dederit, quo panem candidum,  
& vinum generosum vili pretio plebi ven-  
dere possent. At vero ferebant, ipsum,  
ut pecuniae ad præstandum hoc Benefi-  
cium suppeterent, easdem a S. Cyrilli  
Hæredibus, quos fœde calumniatus esset,  
extorsisse. Possidonium Presbyterum  
Romam misit, qui S. Leonem Papam de  
ejus ordinatione certiorem redderet; is  
respondit data epistola vigesima prima  
Junii anno 445. quædam observanda mo- *Epist. II.*  
net, ut æqualis ubique Disciplina vigeret, *al. 81.*

Sæculum V. dicens, nullum se dubitare, quin S. Mo-  
A. C. 445. cus eadem suæ Ecclesiæ præcepta, et  
S. Petrus, cuius Discipulus fuisse, Romæ  
tradidisset. (\*) Vult igitur S. Leo, et  
Alexandrini æque ac Romani morem fer-

*Sup. XXVI* vent, atque ordinationes Presbyterorum  
§. 56. ep. 4. & Diaconorum non nisi die Dominica  
*ad Anast. c. 6.* fiant; tam Ordinem conferentes, quam

recipients jejuni sint. Jubet etiam, ut  
in majoribus festis, si tantus sit populi  
affluxus, ut omnes ingredi non possint.  
Sacrificium haud difficulter sæpius offe-  
ratur, & toties, quoties illam Ecclesiam  
populi multitudo impleverit, additque  
hunc Ecclesiæ Romanæ morem esse. (")

*Sup. XXV.* Ex his videmus, illo adhucdum tempore  
§. 12. Romæ, & Alexandriæ S. Sacrificium et-  
iam festis Solemnibus in una tantum Ec-  
clesia fuisse oblatum. Cœterum S. Leo  
dicit, Presbyterum Possidonium confus-  
tudines

(\*) Signum Communionis, & Auctoritatis.

(\*\*) Hier hat das zarte Gewissen unserm Ueberfe-  
her wiederum nicht erlaubet, das Wort: Sacrifice  
eigentlich zu nennen, sondern nur mit dem alge-  
meinen Ausdruck: Gottesdienst, zu übersetzen, da-  
mit sich seine Glaubensgenossene nicht daran stören  
möchten. Uebrigens wird hier wider die Herren  
Protestanten erwiesen, daß man schon zu Anfang  
dieses Jahrhunderts den Gottesdienst, Sacrificium,  
das ist, das Heil. Messopfer öfter in einer Kirche  
wiederhole habe.

tudines Romanas, ob frequentes in ur- Sæculum V.  
bem Profectiones, optime novisse. Hinc A. C. 445.  
idem fuisse creditur, quem S. Cyrillus  
ad S. Cœlestinum Papam miserat.

§. IV.

*Querelæ contra S. Hilarium Arela-  
tensem.*

Inter hæc Celidonius, Episcopus Galliæ, *Leo ep. 10.*  
Romam veniens, querebatur, quod *al. 89.*  
a S. Hilario in Concilio fuisse depositus. *vita S. Hi-*  
*S. Hilarius, Diœceses suæ Provinciæ pro* *lar. Arel.*  
more visitans, in illam urbem cum S. Ger- *c. 16. 17.*  
mano Antissiodorensi venit, cuius Celi-  
donius erat Episcopus; conicere licet,  
hanc urbem in Provincia Viennensi fuisse  
sitam. Ipsiis adventantibus, illico Prima-  
tes civitatis, populusque adsunt, Celido-  
nium accusantes, quod olim viduam ac-  
cepisset uxorem, & tempore, quo Magi-  
stratum gessisset, in quosdam mortis sen-  
tentiam pronuntiasset. (\*) S. Hilarius,  
& S. Germanus jusserunt, ut advocaren-  
tur testes, alii quoque exploratæ pietatis  
Episcopi ad ipsos convenere, causa, ut par-  
erat, ponderata, accusationis momenta  
prolata, atque juxta Sacrae Scripturæ præ-  
cepta judicatum, oportere, ut Celidonius  
sponte sua Episcopatu cederet. Ab hac

B b 2 igitur

(\*) Exemplum Irregularitatis ex Bigamia, &  
Defectu Lenitatis.